LEON BATTISTA ALBERTI

APOLOGI CENTUM

EDIZIONE
A CURA DI
ROBERTO CARDINI
CON LA COLLABORAZIONE DI
MARIANGELA REGOLIOSI

TRADUZIONE A CURA DI
VALERIA NOVEMBRI

ISTITUTO POLIGRAFICO E ZECCA DELLO STATO

APOLOGI CENTUM

Testo e nota al testo a cura di Roberto Cardini, con la collaborazione di Mariangela Regoliosi; traduzione a cura di Valeria Novembri.

APOLOGI CENTUM

Leo Baptista Albertus Francisco Mariscalco s. p. d.

Si quis tibi dono dederit poma centum precoqua, an ea tu animo accipies ingrato? Quid item, si quis rosas centum selectas et odoratas dederit, tametsi rose multe unde vis tibi suppeditent, munus idne tibi erit ingratum? Ego tibi apologos centum mitto, non eos quidem eiusmodi, ut ex aliqua apologorum multitudine optimos esse delectos dicas, sed tales ut eos, veluti novos et prematuros ex nostris hortis litterariis fructus, apud te fore acceptos non desperem. Qui, si fortassis tibi subobscuriores aliquo in loco videbuntur, dabis veniam huic nostre, cui vehementer studuimus, brevitati, siquidem, ut aiunt, ferme nusquam in dicendo fuit brevitas non obscura, et apologos quam brevissimos esse oportere censui. Sed quom ita perbreves sint, ut, si eos iterum atque iterum relegas, non multum tedii afferrent, peto abs te ne dedigneris, paulo adhibito studio, eos velle cognoscere, qui quidem cogniti, ut arbitror, delectabunt. Vale.

Leo Baptista Albertus Esopo scriptori vetustissimo s. p. d.

Quom Latinos tuum ingenium in conscribendis fabulis maiorem in modum admirari atque te merito divinum predicare intelligerem, ego qui hos centum apologos (iuro tibi per sanctissimum nomen posteritatis) paucis admodum diebus edidissem, tuum, quid de re censeas, iudicium intelligere vehementer optabam. Queso dic quid sentias. Vale.

Esopus Leoni Baptiste Alberto s. p. d.

Qui dixerit apud Italos non esse ingenia, quantum videre licet, fallitur; fateor tamen eam ingenii gloriam paucis mortalibus obtigisse. Te vero, etsi ridiculus sis, non iniuria tui diligerent, sed invidi sunt. Vale.

Leonis Baptiste Alberti Apologi centum

I. Egre ferebat pila cedi alapis pervolvique luto et nullo posse loco consistere; incudi contra subsidere continue ictibus acerbum erat. Cum homine iccirco egere ut, posteaquam esset eiusmodi rebus veluti deus qui varias posset elargiri formas, incudem in pilam pilamque in incudem verteret. «He res – inquit homo – vobis non conveniunt. Sed, si iuvat, ex incude ligones, rastros, atque bidentes efficiam». «Malo – inquit illa – pristinam amplitudinem et gravitatem servare ac tibi quidem pile consulo, malis pervolando atque persiliendo homines in ludo et admiratione tui detinere».

II. Lilii flos, perterritus et pallens dum propinquus fons ad se esset derivatus, pristinam suam gravitatem ad omnes tumidiores undas, quom ad se adplicuissent, consalutandas converterat, quoad undarum appulsu procidit. Servasset ille quidem salutem si non dignitatem abiecisset.

III. Saliunca herba medio in torrente constituta, omnes vel levissimas, que undis perlaberentur, paleas ad se detinere percupida erat; palearum acervo coacto, obruta est.

IV. Stella superba extra ordinem admirationem sui prebere desiderans, in medio itinere, quom deorsum a ceteris delaberetur, extincta est.

V. Canis cum tauro dimicaturus victoriam sperabat, quod adversario dentes superiores deessent. At cornibus tauri saucius, «non istec – inquit – putassem».

VI. Bos cornupeta, dum sibi cornua exsecarentur, huiusmodi convicia in eam cui esset alligatus arborem coniciebat: «Ego te supinam per vicos traham»; cui arbos: «At interim secabere», respondit.

VII. Officina admirata petierat unde tantum folles spiritum possent effundere. Respondere: «Suppeditat quidem unde rapiamus».

VIII. Tineam, quod rostro crepitum asserem, corrodendo, ederet, se ex ciconiarum genere esse gloriantem muscula irridebat seque, quod ethere pervolaret, Phethontis filiam predicabat.

IX. Ursus, quom fruticis ramos diffregisset, trunco dicenti: «Ergo qui escam prebuimus, hanc abs te beneficii gratiam suscepimus: et quidnam in reliquum annum tibi nobiscum erit ut agas?», respondit: «Ut dilacerem atque radicitus convellam».

X. Invidus a se primo inventum sinu suo contegendo, ignem omnes latere optabat; at ignis, ustis vestibus, in medium excidit.

XI. Lumbricus a centipede quesierat uti duos sibi elargiretur pedes. «Tu – inquit ille – ex duobus, que habes, unum mihi caput dato».

XII. Ambitiosus egre ferens quod imago sua se ex speculo non salutasset, primo perturbari iracundia ceperat, dehinc despicere, quomque eque simulacrum responderet, irrisit atque fregit. Postque hec indoluit, se ex uno plures effecisse irrisores.

XIII. Naufragus Oceano, veluti raptori, diem dixerat atque convicerat. «Veni – inquit Oceanus – non enim impediam quominus tua, ut voles, recuperes».

XIV. Castanea quom, suspirio maximo edito, ex igne in mediam aulam prosilisset, «Non poteram – inquit – tantos animi estus diutius perferre».

XV. Multitudo remorum a temone graviter dissidebant atque illum, quod esset solus et pusillus, contemnebant. Temo ea re navim ad scopulum ita direxit ut, altero a latere, omnes qui ibi aderant remi abstergerentur atque dissiparentur.

XVI. Sol ex calice vitreo pleno aqua irim in ara pinxerat: id sibi opus aqua ad gloriam adscribebat. Calix contra: «Ni perlucidus essem atque nitidissimus – inquit – non extaret». Hec audiens ara secum ipsa tacita, gloriam sibi illam inherere plurimam gaudebat.

XVII. Urna que, dum plena fuerat, perocclusо et conticenti ore steterat, nunc vacua reddita, ore apertissimo, omnes ad se adeuntes increpabat.

XVIII. Fistula pulveribus obturata, «Nos – inquit – poete, saturi, non canimus».

XIX. Liber, in quo omnis ars libraria esset perscripta, opem petebat ne a sorice abroderetur. Irrisit sorex.

XX. Canis venaticus catena obligatus, quom videret alios canes inutiles solutos vagari et ludere, «Itane – inquit – esse inertes prestat?».

XXI. Candelabra aurea et pretiosissimis gemmis ornata demirabantur quidnam esset quod simulacrum ligneum putridum atque in eam diem invisum, modo pre se adoraretur. Respondit simulacrum: «Personam dei gerimus».

XXII. Imperator sagittam, qua rex hostium ictus eciderat, quam honorificentissime in templo collocarat. Ingemuit arcus quod, qui facinoris maxima fuisset causa, inglorius preteriretur.

XXIII. Vermis nucem in qua esset ortus corrodebat. «O igitur ingrate atque impie! – dixit nux – mihine, que te ut esses effeci, non desinis pestem inferre?» Respondit vermis: «Si genuisti ut inedia peream, iniuria est».

XXIV. Apud virgines Vestales oleum querebatur, quod sibi numquam ab igne, quem tot annos summa sua cum calamitate nutrierat, gratie dicte fuerint. Respondit ignis: «Sit premium tibi, quod in templo, potius quam in taberna, pereas».

XXV. Claudus quidam pedem sibi, ut equius pergeret, ex ea parte, qua esset prelongus, abscidi passus est. Quo abscisso, resupinus plorabat se ad pergendum omnino invalidum esse redditum.

XXVI. Umbra hominis, ut esset maior, solis occasum optabat. Eadem, quom sibi una cum sole ipso pereundum esse intelligeret, solem in altissimo celi gradu videri frustra desiderabat.

XXVII. Quom spinosum, asperum et intractabilem asparagum rusticus intueretur, quem mitem et tenerum, adolescentem, vidisset atque admiraretur: «Nimirum, – inquit asparagus – maioribus meis persimilis evasi».

XXVIII. Fuligo et cinis, fumo abeunte: «Heus frater! – dicebant – nos relinques miseras?». His dixit fumus: «Quid mihi vobiscum negotii est? Vos tarde, inertes atque inter vos minime convenientes torpescitis; ego celum peto».

XXIX. Samium vas proiectum, ex pavimento abacos aureos atque argenteos respectans, «At – inquit – vester nonnumquam fui consocius!». Respondere: «Quidni? Et eris quidem, si rhodium aut falernum vinum attuleris».

XXX. Cyprestes, horologii inventor, quom in rota nimium quemdam dentem castigaret atque rogaret quid ita contumax inhesisset totiusque operis cursum detinuisset, respondit: «Ne iners pondus perpendiculi tantarum sibi rerum gloriam vindicaret».

XXXI. Quom argonauta, salvis rebus, maximo cum lucro in portum redisset, Neptuno, percommode habita navigatione, insigne aliquid dedicare constituerat. Ea re hinc malus navis, hinc ancore, illinc rudentes, ut se eo pacto honestaret, petebant. At inquit argonauta: «Temonem exponere expedit, quod minoris constet».

XXXII. Simulacrum Zeusis dicebat emptori: «Optimus me pictor genuit». «Equidem, certe! – inquit emptor – non te luto delibutum emam».

XXXIII. Linteum a manu rogatum quid esset cur, quod modo vel paululum contactum lacrimas immodicas effundebat, nunc tam acriter intortum atque percussum nullas emitteret lacrimas, respondit: «Preabundabam umore».

XXXIV. Corylus ab olea rogatus quandone esset fructus editurus, qui bruma floresceret, respondit: «Quom dabitur tempus».

XXXV. Agaso: «Quidnam, – inquit – asine, non eque asinos alios atque homines impetis?». «Non illi quidem cederent», respondit.

XXXVI. Rogarat tuba a deo Echo: «Quom semper fueris procax, quid non iam tonitrui respondes?». Dixit deus Echo: «Iove irato, silendum est».

XXXVII. Fungus: «Heus, – dixit – o iunipere, audio multos te iam soles vidisse et usque acerbas baccas habes. Quandone igitur maturescent?». «O dulcissime, – inquit iuniperus – tardus sum, iccirco post quatriduum responsum dabo».

XXXVIII. Urtica ad papaver huiusmodi habuit verba: «Quidnam est quam ob rem, omni reliquo horto virenti ac letissimo, solus ipse honestissimo in loco constitutus, insigni corona et balteo donatus, ita metu subpalleas et moerore languescas? Mihi quidem istec vita ignobili et exose atque vix inter rudera relicte condeceret». «O me – inquit – miserum! – papaver – quot mihi intima sunt vobis ignota discrimina! Tu, quod intractabilis sis atque omnes mordere didiceris, facile tibi vivis ac ipsam te omni ab imbre sustentas; ego vero, qui ad obsequium pronus facile in quamvis partem pendere didici, ad eam amplitudinem deveni, ut omnis mihi vel levissima aura precipitium minitetur».

XXXIX. Virgo, quom sorbam morderet, rogavit quanam de causa id ita ageret ut, cum aspectu dulcissima esset, gustu tam fuisset aspera, nunc autem, quom aspectu tam esset indecora, tam esset tamen dulcis reddita. Respondit: «Et quid tu? Utrumne venustatem cum maturitate congruere facile estimas?».

XL. Mercator, quom per hiemem domum redisset, ex rosetis, que vere novo tantam spem pre se multorum et optimorum fructuum florescendo prebuerant, stuppeas et inutiles bacas excipiens, ingemuit ac demirans tanta ex florum suavitate insuavissimos fructus extare, rogavit quare id ita accidisset. Responderunt roseta: «Omnis in florum gloria divitias consumpsimus».

XLI. In corona Hadriani adamas et carbunculus, omnium pretiosissimi lapides, apud unionem constitui recusarunt, quod illius amplitudo sibi esset dignitatis speciem detractura. Data iccirco potestate ut quo vellent in corone gradu residerent, inter minores atque viliores, tota corona lustrata, requieverunt.

XLII. Canis helluus ferventis offas vorarat; ob eam rem effectus rabidus aquas mordebat. «Si mecum certas – dixit aqua – defatigabere».

XLIII. Negavit sal easdem cum glacie sedes velle inhabitare, tametsi eadem essent matre orti; neque enim se commissurum dixit, ut illius inconstantia et mollities pestem sibi afferre ullam posset.

XLIV. Vulpes dum a laqueo, qui se impeditam et artissime obligatam detinebat, summis precibus frustra orasset uti se solutam et missam faceret, tandem sibi id, re integra, licere negantem laqueum dentibus rupit. «O me – inquit laqueus – infelicem, qui, animi mei flexibilitate adductus, ita orari me passus sum, ut et durum et iniustum esse me mihi necessitas fuerit! Itaque obsequii nostri premium interitus est».

XLV. Cornix in dorso cuiusdam porci unguibus assistens atque omnes circum arbores respectans, «Quonam predam hanc deferam?» vociferabat. Huic dixit quercus: «Ad me, si lubet, nam fide optima servabo». «Recte sane, – inquit illa – verum autem meditabar quonam possem pondus hoc immane viribus meis tollere». «Istud – inquit porcus – alibi consilium cape», atque, excussa ave, irrisit.

XLVI. Stolidus a succino lapide quesierat undene in eam vermis aditum habuisset. «At tu, – inquit gemma – quam in te habes stultitiam illam, unde accepisti?».

XLVII. Puer argenteum Mercuriolum et octo syri ligneum Priapum una per pontem quemdam deferebant; quo, dum illi pertransirent, perfracto, Mercurius profundum fluvii petiit, Priapus autem ex aquis extabat. «An non igitur – inquit sacerdos – hoc incredibile visu est ut, qui tam erat in terris gravis deus, idem iam sit in aqua levissimus?». Respondit fluvius: «An tu, homo, in affluenti atque, ut ita loquar, in arida fortuna eumdem te futurum putas?».

XLVIII. Rote currus Neptuni ceruleos illos pulcherrimos dei equos amare perdite occeperant atque ideo: «Quo fugitis?» vehementer sectando acclamabant. «Non – inquiunt illi – fugimus, sed vos trahimus».

XLIX. Puella a sulphure quesierat quidnam esset rei, cur tanta esset sibi cum igne amicitia, qui quidem sulphuris calamitate exultet. «Cave – inquit ignis – respondeas, ni puella hec prius edixerit quidnam cause sit quod, qui illam perdite amet, is tam inhumaniter atque impie tractetur».

L. Stuppe, prius neglecte, dum magnopere, fatiscente navi, percunctarentur, vindicte gratia latitabant atque inter se dictitabant indignum esse, quom tantam navigio opem et salutem afferrent, ignobiles tamen atque reiecte semper, preterquam in necessitatibus, haberentur. At inter illas que prudentior aderat, «Ni succurrimus – inquit – una tota cum navi perimus».

LI. Capra, tonstrinam tabernam ingressa, gallo, ut barbam tondi sineret, persuadebat. «In tua hoc – inquit gallus – tondenda barba, quod sine periculo fiet, exerceto».

LII. «Tam ampli – inquit anser – pedes nobis, ut levissimum caput sustentent, adsunt». Tum pedes dixere: «An tu ignoras, nusquam esse firmitudinem pedum optandam magis quam ubi levitas capitis adsit?».

LIII. Exposcente orichalco ut auri loco haberetur, «An tu – inquit argentarius – hanc vim ignis perfers quam sepius aurum subiit?». «Non tanti apud me est – inquit orichalcum – esse in pretio».

LIV. Puer, quom radios solis amplexibus prehendere nequisset, obcludere inter volas manus eos elaborabat. Inquit umbra: «Desine inepte, nam res divine carcere mortali nusquam detinentur».

LV. Cespitibus duobus undas rivuli rogantibus quonam ita propere proficiscerentur, responderunt unde ea se loca petere, ubi sint future maxime et sapientissime. Alter igitur ex his (quod, cupiditate illius glorie incensi, cespites sese inter undas dederant) interpellatus a salebris rivuli, quom primum intellexit impedimenta omnia sibi esse dimittenda, hesit loco; alter vero, nudatis radicibus, undas comitatus est, multis acceptis incommodis, tandem pingui in solo relictus in grandem et celebrem silvam excrevit.

LVI. «O perfide, – inquit venator – qui tantam huic dudum misericordiam, canes demirans, et commiserationem toto ethere gestiebas, nunc tam repente mactate prede eiecta viscera diripuisti!». «Equidem id – inquit milvus – ita agebam, ut illa sese fidei mee crederet et inter ungues meas advolare auderet».

LVII. Simia carbonem tractans: «O te, – inquit – miserum, quem messes et nemora lucidissimum, uti audio, pertimuere, ut nunc es ater atque torpens!». «Quin immo – inquit carbo – iam sum felix, nam illa ignis pestis consumpsisset me ni abiecissem».

LVIII. Philosophus, panem in medio furno ad firmitatem ac vigorem ipsum se corroborantem, et ad furni os ovum, desudans atque amictus sibi suos delacerans, intuens inquit: «En quanti interest inter negotia vitam, quam in otio ducas! Hoc nihil umquam laboris perpessum ad exiguum calorem sudat atque dirumpitur, ille autem a teneris annis agitatus et fortune ictibus exercitatus, in otio numquam friguit: tandem, in medio estu rerum, decorem et amplitudinem nanciscitur».

LIX. Ad ficulneam per hiemem nudam, obsitam nive et frigore nimium pallentem, dixit olea vicina: «Nonne commonefeci hoc tibi incommodum non defuturum, que per estatem tam luxuriosa veste gloriabaris? Disce igitur ex me parsimoniam».

LX. «Volebam quidem apud vos divertere, – inquit papilio – sed dicite: quidnam periculi imminet, quod vos video trementes?» Dixere rogata arundinum folia: «Tu proinde cogita ut recte nobiscum agi posse speremus, quandoquidem hec, quam colimus, quom vacua sensus est, tum in omnem partem ad casum nutat».

LXI. Vota ad simulacrum vetus posita querebantur quod, quom essent causa ut pre aliis adoretur, tamen se, antiquissimis amicis spretis, ad nova semper vota advenientia penderet. Respondit simulacrum: «Mea vobis amicitia si tedio est, abite ut lubet». Vota indignata se precipitarunt atque solo illisa in frusta periere.

LXII. Iaculum in fontem ceciderat capiteque in profundum versus dependebat. Dixere nymphe: «Ut mirum est, ob parvulum come eris pondus huic pedem tam esse levissimum!».

LXIII. Decurio ex vexillo rogarat quid ita ageret ut, cum in hostem iretur, metu ipsum refugeret, quom autem pedem miles retraheret, ilico hostibus applauderet. «Falleris, – inquit vexillum – non enim meticulosum aut proditor sum, sed victorum partibus delector».

LXIV. Catella delicata que, nisi decies prius olfecisset ore nihil capere consueverat, quom alii canes ossa ilico omnia, ut ceciderant, intercepissent, fame acta atrum et siccum panem ipso in ere, dum iactaretur, excipere didicit.

LXV. Scintilla, que agilis atque perlucida esset, stellam se futuram arbitrabatur, at defecit.

LXVI. Navis, qua obeliscus maximus Romam esset advectus, quod audisset carinas Enee, ut primum solvissent a portu, deas maris fuisse effectas, ea spe in altum, sese perditum, excessit.

LXVII. Quom pater familias in prato quodam asinum, agnam, capram, porcum atque equum promiscue depasci intueretur atque eodem in prato geminos tauros amatores inter se adversis cornibus occursare, «Mirum – inquit – hoc ut hi consanguinei inter se atrociter pugnant, illi diversarum linguarum et morum tanta inter se coniunctione vivunt!». Respondere Fauni dii: «An tu non meministi quod in primis fertur, amicitiam a coitu inter mortales atque inimicitiam extare, atque ob escam?».

LXVIII. Praxiteles quom a Veneris statua, que indecenter intuebatur, iterum atque iterum suasionibus, cohortationibus, precibus atque denique conviciis et comminationibus frustra petisset ut id oculorum vitium emendaret, ferro tandem id ipsum tollendum censuit.

LXIX. Argentariam tabernam corvus loquax inhabitabat eamque ob rem 'corvi' illec taberna dicebatur. Rusticus quidam subcallidus, quom multa corvo munuscula esculenta dedisset, petiit ex eo pro inita amicitia uti aliquid in filie sue dotem conferret. «Necessitati – inquit – tue – corvus – perlibenter obsequerer, sed rerum omnium que in taberna sunt nihil, preter nomen, est meum».

LXX. Culex cum coclea dimicaturus, quod pugionem suum in illius durissimo thorace esset expertus quodque bina tela preferre illam audisset, pertimescebat ne ad pugnam prodiret. At coclea istius boantem vocem audiens sese castris continebat. Risere satyri.

LXXI. Amans summopere desiderabat atque multis precibus exposcebat, ut aliquis ex ramusculis lauri qui postes templi ornabant sibi pro corona adesset. Negarunt illi se dignos esse qui mortalibus gratificarentur; postridie vero, quom, in manipulum redacti verrendo pavimento, dehonestarentur, poenituit illiberalitatis hesterne.

LXXII. Quom leonis in insidiis post arborem delitescentis summam caudam vulpes vidisset, etsi illum esse bovem suspicaretur, tamen evolavit fugiens atque inquit: «Malo amici irrideant levitatem quam deplorent calamitatem».

LXXIII. Dixerat philomela strepenti merule: «Aut tace aut concinnum aliquid cane!» Respondit illa: «Deliras tu quidem, que nihil nisi ex intima arte depromptum effers; namque sic vivitur hac etate, ut non qui didicerint, sed qui didicisse videantur periti in primis habeantur».

LXXIV. Pavo moriens, testamento edito, caudam ad conum galee militi cuidam legavit; tantum gemmarum pulli sibi non esse relictum deplorabant. Dixit pater: «Siquidem mei estis filii, huiusmodi vobis non deerunt».

LXXV. Quidam a rege, inspecto stemmate picto, quod esset regium uti munificentia, petiit uti vestem illam auream, qua esset indutus, mutuo concederet. «Hanc si detraxeris vestem – inquit pictura – iam nullus sum».

LXXVI. Arcus a chorda petebat ne alter alteri esset molestus, ut aut fieret longior, aut obrumperetur. Hec contra ex illo petebat ut aut fieret brevior, aut perfringeretur. Tandem, cum utrisque conditio dura videatur, dixit chorda: «Igitur tu viribus, ego nervis ius nostrum tuebimur».

LXXVII. Arbos quom per eum annum poma non tulisset, a villico ne se, uti instituerat, cederet, multis in futurum annum pollicitis muneribus, impetravit. Dehinc secum ipsa: «En – inquit – quam intersit nos consuetudinem liberalitatis inisse, ut, non sine periculo maximo, negare liceat!».

LXXVIII. Villicus in bovem contumacem, «Ego te hoc latericio lapide percutiam», inquit. Bos, quod eum ex tellure, quam mollem iam, quom versabat, esse meminisset, modice lesurum arbitrabatur; denique percussus sensit ut esset igne perdurus redditus.

LXXIX. Fucus in regem apium huiusmodi convicia disseminabat: «Ille ignavus in deliciis marcescit, ego visendis regionibus et commentandis rationibus diem consumo, tamen illi otioso servire malunt». Respondere apes: «Tu quidem per egestatem industrius videris, cum in otio supinus tamen et in regno intemperans esses; noster vero rex, suis consulendo, mavult domi bonus esse, quam foris gloriosus videri».

LXXX. Vulcanus Plauti poete comici cornui, quo erat conclusus: «Tu meum splendorem offuscas», dixit. Respondit cornu: «Te quidem, cum a ventorum impetu et vite periculo conservem, meminisse oportet, quod aiunt, incommodum sine incommodo vitari non posse».

LXXXI. Cuniculus animal: «Heus tu, – inquit – o lepus, semperne, nihil agendo et dormitando, id ages ut speculari videaris?». «At tu, – inquit lepus – semperne, laborando, nihil ages?». «Uterque igitur, – inquit ille – dum minime otiosi videri cupimus, nostra fruamur natura! Tibi quidem quod ipse ago et mihi tu quod agis, agere durissimum esset».

LXXXII. Scopulus, qui minores inter undas sese superbum efferebat, maioribus undis adventantibus ilico delitescebat; rogatus quid ita, respondit: «Stultum est nos maioribus videri pares velle».

LXXXIII. Piscis vehementer optabat arborem conscendere eoque desiderio in arbores pictas in fontis superficie prosiliebat: ilico picte arbores dissipabantur. «An vero tu – inquiunt arbores – istoc pacto insanis, quem etiam ficte arbores fugiant?»

LXXXIV. Torrente, qui imbri excreverat, maxima vis lignorum volvebatur, inter que una arbos, reliquis amplior, quod ad se complura arbusta ita adhesissent ut ob id et sistere loco iniquo et omnem impetum excrescentis aque sola substinere cogeretur, «Quam est – inquit – res molesta amplitudo!». Respondere arbusta: «Tu quidem, que aureos soles et candidissimas nobis horas complures tua umbra intercepisti, ferre equo animo debes si, turbatis rebus, paulum in te conquiescimus».

LXXXV. Bos in navim onerariam cornibus sursum trahebatur. Hic, dum pedibus solum premeret, vota faciebat ut funis, quo esset alligatus, abrumperetur, quom autem idem in ere penderet, vota faciebat ne abrumperetur. «En – inquit funis – ut hic ex suo commodo nos et valere et perisse optat!».

LXXXVI. Puer testudinem interimere cupiebat atque in parietem illam occidebat. Inquit vetula quedam: «Fili, si voles, palea occidetur. Nam ubi sese dimoverit, tu palea eius oculos cedito; illa delitescet, eo pacto fame peribit». «Tuum istoc, o vetula, sit officium», inquit puer.

LXXXVII. Lutum fetens optarat et magnitudinem Colossi et formam Bacchi et pleraque huiusmodi omnia ab homine impetrarat, nusquam tamen fuit in pretio. «Nimirum igitur – inquit – nobis sordes abiciende sunt».

LXXXVIII. Lacus, quom nubes a montibus in era surgerent atque in caput imminerent, quod illas esse montes crederet, maximo ne in se corruerent metu, expalluerat. Denique quom, in aquam verse, nubes pluissent atque iccirco lacus excrevisset, dixit lacus: «Et quam eram stultus, dum tam maxime quod profuturum mihi esset, pertimui!».

LXXXIX. Faber, fossor cloacarum atque magister pistrini ex transverso fori inter nobiles deambulando irridebantur. Tum istorum unus inquit: «Et quid est quod omnes rident?». Respondit faber: «Quia tinctus es». «At enim – inquit fossor – tincti omnes sumus». «Nempe id quidem est ut ais, – tum dixit magister pistrini – sed tu et tinctus es et vehementer foetes».

XC. Minerve statue in arduo monte posite quom imbecillis quidam, qui non citato sed moderato gradu conscendisset, pedem neque anhelans neque desudans esset exosculatus, a sacerdotibus laudatus est. Feruntque deam dixisse plures ad se claudos et debiles quam valentes adivisse.

XCI. Epistulam, que multa expectatissima attulerat, quod quodam in loco sui esset oblitterata, qui eam receperat ira ob id concitus dilacerarat. «O – inquit epistula – hominum naturam perversam, siquidem pro uno errato multam poenam desumere et pro multis acceptis beneficiis gratias nullas agere consuevere!».

XCII. Priapo custodi horti donum petenti respondit pater familias: «Admiror quidem te his, que suppeditant, divitiis scivisse nusquam perfrui». «At enim – inquit Priapus – vestes et lacernas volebam». «An tu – inquit pater familias – ignoras ut stulti sint, qui, dando, nihil assequantur nisi ut, cum sibi dispendium fiat, tum accipienti quoque emolumentum afferant nullum?».

XCIII. Quom leoni cuidam aditum in celum patuisse leo quidam intellexisset, cupiditate glorie flagrans, difficillima omnia rite exequebatur ut leonibus omnibus facile prestaret. «Etenim quid insanis? – inquit Invidia – Qui enim huic generi animantium locus debebatur iam pridem merenti consignatus est». Respondit leo: «Sat erit nobis promeruisse».

XCIV. Grillus, rana et huiusmodi animantia que aut saltitant, aut consident tantum atque humo iacent, serpentem minime esse ad movendum aptum arbitrabantur. At dum illum velocissime in ardua repere vidissent, admirantes agilitatem, «Proh dii! – dixere – itane aliorum mores, studia atque ingenium ex nostro sensu et viribus pensitamus?».

XCV. Pullus asellus quom in dies una cum etate florescente tardior et morosior fieret, «Quanta de spe – inquit illius pater – decidi! Namque hic quom puer esset et longe puero leone villosior, pectorosior atque ad cursum aptior videretur, fore illum omnium quadrupedum principem speravi». «Tu ne mirere o pater, – inquit asellus – nam hoc generi nostro antiquum esse aiunt, ut pulli quidem bone spei, firmiores autem facti quadrupedum omnium ineptissimi simus».

XCVI. Rogatus leo quid ita vehementer, pallio in se coniecto, perterrefieret, respondit: «Et quis, monstrum hoc, cui neque caput adsit neque pectus, in ethere sublatum intuens non horrescat?».

XCVII. Leo ille celeberrimus amicus hominis a servo illo hospite suo Rome per tabernas ductus loro, rogantibus quid ita ageret ut, quom in arena cursu pegaseos, saltu pardos, viribus tauros, humanitate homines superasset, quomque inter leones forma et dignitate esset nulli secundus, idem tamen se loro ductari et canes latrantes post se insanire pateretur, respondit eiusdem esse animi et prodesse amicis et latratores despicere.

XCVIII. Lepus ille apud Martialem poetam celeberrimus, qui in os leonis confugerat, spectans a longe latrantes canes eos, qui se acrius essent secuti, «En, – inquit – quanti interest nos huic commendatos fore!».

XCIX. Theatrum non mediocri admiratione detinebatur leonem spectando, qui modo discum in altum perquam belle iactare, modo immanem orbem marmoreum maximis viribus volvere, modo ovo lepidissime ludere perdoctus esset. «Et quidnam? – inquit invidus – Levia hec sunt ac videntur quidem diversa, sed ea unum sunt. Nam illorum quodque volubile quippiam est». Respondit leo: «Fateor, o rerum peritissime, istuc esse ut asseris, sed te id nolo fugiat ovum esse hoc fragile quod volvo, mi homo, non pilam».

C. In pavonem invidus: «O inepte – dixerat – tune tibi coronam imposuisti?». Respondit pavo: «Quod torqual tam variis coloribus susceperim, nondum etiam perpendisti?». Risere nymphe.

CENTO APOLOGI

Leon Battista Alberti a Francesco Marescalchi

Se qualcuno ti donerà cento primizie, le accetterai di malanimo? E che farai se uno ti regalerà cento rose rare e profumate, anche se ne hai in gran quantità provenienti da qualsiasi parte del mondo: saranno forse per te un dono sgradito? Io ti mando cento apologhi: certo, non tali da farti dire che sono stati scelti come i migliori nel loro genere, ma non dispero che tu possa accettarli come una primizia dei nostri orti letterari. E se per caso ti sembreranno un po' oscuri in qualche punto, perdona questa mia asciuttezza, che ho perseguito con tanto zelo, se è vero, come dicono, che la brevità d'espressione risulta quasi sempre ambigua e se io ho pensato che gli apologhi debbano essere quanto più essenziali possibile. Ma dal momento che sono così brevi da non procurare alcun fastidio se li rileggerai più volte, ti chiedo la cortesia di volerli comprendere, prestandovi un po' della tua attenzione: una volta compresi, secondo me ti piaceranno. Stammi bene.

Leon Battista Alberti a Esopo antichissimo scrittore

Sapendo che i latini ammiravano straordinariamente la tua abilità nello scrivere favole e ti consideravano giustamente un essere divino, io, che ho composto questi cento apologi in pochissimi giorni (te lo giuro per il sacro nome dei posteri), desidero ardentemente conoscere il tuo parere sulla mia opera. Ti prego, dimmi che cosa ne pensi. Stammi bene.

Esopo a Leon Battista Alberti

Chi ha detto che in Italia non ci sono persone di talento, a quanto pare, sbaglia; tuttavia confesso che a pochi uomini è toccato l'onore del genio. Anche se tu fai dello spirito, avrebbero tutte le ragioni per apprezzarti, ma sono invidiosi. Stammi bene.

Cento Apologhi di Leon Battista Alberti

I. A una palla non piaceva essere presa a schiaffi e rotolata nel fango, senza potersi mai fermare in nessun luogo; un'incudine invece non sopportava di stare continuamente ferma sotto i colpi. Perciò si misero d'accordo con l'uomo, che è pari a un dio, capace di dare diverse forme agli oggetti, perché trasformasse l'incudine in palla e la palla in incudine. «Questo cambio non vi si addice – disse l'uomo – ma se vi sta bene dall'incudine trarrò marre, rastrelli e zappe». «Preferisco – rispose quella – conservare la mia mole e il peso attuale, e a te, palla, consiglio di accontentarti di tenere gli uomini occupati nel gioco e di suscitare la loro ammirazione, volando e saltando qua e là».

II. Un fiore di giglio, allarmato e pallido, quando l'acqua della sorgente vicina straripando lo raggiunse, cominciò a mitigare il suo solito austero contegno, per rivolgere il saluto a ogni onda che sempre più grossa si accostava a lui, finché cadde travolto dai flutti. Avrebbe certamente avuto salva la vita se non avesse rinunciato alla propria dignità.

III. L'erba saliunca, cresciuta in mezzo al torrente, desiderava ardentemente trattenere presso di sé tutte le pagliuzze, anche le più piccole, che arrivavano trascinate dalle onde: fu sommersa dal mucchio che aveva accumulato.

IV. Una stella superba, che voleva essere ammirata al di fuori della sua costellazione, si spense a metà strada, scivolando giù, lontana dalle altre.

V. Un cane che aveva intenzione di combattere con un toro sperava di vincere, perché credeva che al suo avversario mancassero i denti di sopra. Ma, ferito dalle corna del toro, ammise: «Non l'avrei creduto».

VI. Un bue, che amava colpire con le corna, mentre ne subiva l'amputazione, lanciava maledizioni all'albero a cui era stato legato, dicendo: «Ti trascinerò supino per le strade»; l'albero gli rispose: «Intanto però sarai senza corna».

VII. Piena di stupore, un'officina aveva chiesto ai mantici da dove potessero sprigionare tanta aria. Risposero: «Ce n'è a sufficienza da dove prenderla».

VIII. Un moscerino prendeva in giro un tarlo che si vantava di essere della famiglia delle cicogne, dal momento che, corrodendo una trave scricchiolante, la divorava con la bocca e proclamava che, allora, lui era figlio di Fetonte, perché volava per il cielo.

IX. Un orso, dopo aver spezzato i rami di un arbusto, al tronco che gli chiedeva: «Dunque è questo il ringraziamento che ricevo per averti offerto di che mangiare? E che mai farai di me per il resto dell'anno?», rispose: «Ti farò a pezzi e ti estirperò dalle radici».

X. Un invidioso, nascondendosi in petto il fuoco che era stato il primo a scoprire, desiderava tenerlo segreto a tutti; ma il fuoco gli bruciò le vesti e venne allo scoperto.

XI. Un lombrico aveva chiesto a un millepiedi di regalargli due zampe. Quello rispose: «E tu regalami una delle tue due teste».

XII. Un vanitoso, infastidito dal fatto che la sua immagine non l'avesse salutato dallo specchio, aveva cominciato dapprima a dare in escandescenze, poi a trattarlo con disprezzo, ma, poiché lo specchio gli rispondeva con atteggiamento identico, lo schernì e lo mandò in pezzi. Poi però se ne pentì: di un solo derisore se ne era fatti tanti.

XIII. Un naufrago aveva fatto causa all'Oceano, accusandolo di furto, e aveva dimostrato la sua colpevolezza. «Vieni, – disse l'Oceano – non ti impedirò di recuperare le tue cose, quando vorrai».

XIV. Una castagna, lanciato un gran sospiro, saltò giù dal fuoco in mezzo alla stanza e disse: «Non potevo più sopportare tanto ardore».

XV. La massa dei remi era in forte contrasto con il timone e lo disprezzava perché era solo e piccolo. Per questo il timone guidò la nave contro uno scoglio: così tutti i remi posti su uno dei due lati furono spezzati e distrutti.

XVI. Il sole, passando attraverso un calice di vetro pieno d'acqua, aveva tracciato l'arcobaleno su un altare: l'acqua lo considerava merito suo. Il calice, invece, disse: «Se io non fossi così trasparente e limpido, l'arcobaleno non ci sarebbe». A queste parole, l'altare si rallegrava in silenzio tra sé e sé che quell'onore straordinario fosse toccato proprio a lui.

XVII. Un vaso, che finché era stato pieno era rimasto con la bocca chiusa e silenziosa, ora, da vuoto, con la bocca spalancata, inveiva contro tutti quelli che gli si avvicinavano.

XVIII. Una zampogna, otturata dalla polvere, disse: «Noi poeti, da sazi, non cantiamo».

XIX. Un libro, che conteneva in sé tutta l'arte libraria, chiedeva aiuto per non essere rosicchiato da un topo. Il topo rise maliziosamente.

XX. Un cane da caccia legato alla catena, vedendo gli altri cani buoni a nulla vagare sciolti e giocare, disse: «È forse meglio essere buoni a nulla?».

XXI. Dei candelabri d'oro, decorati con gemme preziosissime, si chiedevano stupiti perché mai una statua di legno marcio, assolutamente ignorata fino a quel momento, ora invece ricevesse più attenzioni di loro. Rispose la statua: «Rappresento il ritratto di un dio».

XXII. Un imperatore aveva deposto in un tempio con i più solenni onori la freccia con cui era stato colpito e ucciso il re dei nemici. Se ne dolse l'arco, perché, pur essendo stato il principale responsabile del successo, veniva lasciato in disparte, privo di gloria.

XXIII. Un verme rosicchiava la noce in cui era nato. «Ingrato ed empio! – disse la noce – Vuoi piantarla di danneggiare proprio me che ti ho fatto nascere?». Rispose il verme: «Se mi hai messo al mondo per farmi morire di fame, hai fatto male».

XXIV. Nel tempio delle vergini Vestali, l'olio si lamentava di non essere mai stato ringraziato dal fuoco che aveva alimentato per tanti anni con suo grande pericolo. Rispose il fuoco: «La tua ricompensa sia quella di consumarti nel tempio, piuttosto che nella taverna».

XXV. Uno zoppo, per camminare con maggiore equilibrio, si fece tagliare il piede della gamba più lunga. A operazione conclusa, steso a terra, si lamentava di non riuscire più a camminare affatto.

XXVI. L'ombra di un uomo desiderava il tramonto del sole per diventare più grande. Ma poi, quando capì che anche lei doveva morire insieme col sole, desiderò invano che quello apparisse nel punto più alto del cielo.

XXVII. Un contadino notò con stupore lo spinoso, irto e rude asparago che aveva visto da piccolo docile e tenero. L'asparago disse: «Non c'è niente di strano: sono venuto su simile ai miei padri».

XXVIII. La fuliggine e la cenere, mentre il fumo se ne andava, dicevano: «Fratello, ci abbandonerai, povere noi?». Il fumo rispose loro: «Che rapporto c'è fra me e voi? Voi ve ne state immobili, pigre e inerti, senza mescolarvi neppure fra voi; io mi innalzo verso il cielo».

XXIX. Un vaso di Samo, che era stato gettato via, guardando dal pavimento i tavoli d'oro e d'argento, disse: «Eppure non di rado sono stato vostro compagno!». Quelli risposero: «E allora? Lo sarai di nuovo, se porterai il vino rodio o il falerno».

XXX. Cipreste, l'inventore dell'orologio, sgridò terribilmente un dente della ruota e gli chiese perché si fosse incastrato così ostinatamente e rallentasse il movimento di tutto il macchinario; quello rispose: «Perché il peso inerte del pendolo non pretenda tutta per sé la gloria di un'opera così importante».

XXXI. Un marinaio, avendo fatto ritorno in porto senza danno e con enormi ricchezze, decise di dedicare a Nettuno qualcosa di prezioso, come ringraziamento per il successo del viaggio. Per questo da una parte l'albero della nave, dall'altra le ancore, da un'altra ancora le gomene chiedevano tutti di essere prescelti per un simile onore. Ma il marinaio disse: «Conviene offrire il timone, perché costa meno».

XXXII. Una statua di Zeusi diceva al compratore: «Mi ha fatto un grande artista». Rispose il compratore: «Certamente! Non ti acquisterei di sicuro, se fossi fatta di fango».

XXXIII. Una mano chiese a un lenzuolo come mai prima, appena sfiorato, versava lacrime a non finire, mentre adesso, torchiato e sbattuto, non ne versava nessuna. Quello rispose: «Avevo un eccesso di liquido».

XXXIV. Un olivo chiese a un nocciolo quando avrebbe prodotto i suoi frutti, giacché fioriva con il freddo. Quello rispose: «Quando sarà il momento».

XXXV. Un asinaio disse: «Come mai, o asino, non ti scagli contro gli altri asini come fai con gli uomini?». «Quelli non si sognerebbero nemmeno di bastonarmi», rispose.

XXXVI. Una tromba aveva chiesto al dio Eco: «Tu che sei sempre stato impertinente, perché non rispondi anche al tuono?». Rispose il dio: «Quando Giove è irato, conviene tacere».

XXXVII. Un fungo disse: «Dunque, ginepro, sento dire che hai visto ormai sorgere molti soli e ancora hai le bacche acerbe. Quando mai matureranno?». «Carissimo, – disse il ginepro – sono lento, quindi ti darò la mia risposta fra quattro giorni».

XXXVIII. L'ortica disse a un papavero: «Per quale motivo, mentre ogni altro giardino è verde e florido, tu solo, che pure sei collocato in un luogo assai favorevole e hai ricevuto in dono una magnifica corona e una magnifica cintura, impallidisci così per la paura e appassisci per la tristezza? Una simile vita sarebbe adatta a me che sono priva di gloria, detestata e tollerata a mala pena tra le macerie». «O me infelice! – disse il papavero – quanti pericoli che a voi sono ignoti a me sono invece familiari! Tu, visto che sei intrattabile e hai imparato a pungere tutti, vivi tranquilla e ti difendi da sola contro ogni tempesta; io invece, che ho imparato a inchinarmi da ogni parte, prono all'ossequio, sono giunto a un'altezza tale che anche il vento più leggero può minacciare di farmi cadere giù».

XXXIX. Una ragazza, gustando una sorba, le chiese perché mai quando era gradevole d'aspetto, era di sapore tanto aspro, mentre ora che era tanto brutta, era diventata dolcissima. Quella rispose: «E che pensi tu? Credi forse che la bellezza vada di pari passo con l'età?».

XL. Un mercante, tornato a casa d'inverno, trovò solo bacche secche e inutili su quei roseti che in primavera, fiorendo, gli avevano fatto ben sperare di ottenere frutti belli e abbondanti: si rattristò e, deluso del fatto che di fiori tanto belli restassero frutti così sgradevoli, chiese perché era accaduto ciò. Risposero i roseti: «Abbiamo speso tutto nello splendore dei fiori».

XLI. Nella corona di Adriano il diamante e il carbonchio, le pietre più preziose di tutte, si rifiutarono di stare vicino alla perla, poiché la sua grandezza avrebbe sminuito il loro valore. Autorizzate dunque a sistemarsi nel punto della corona che preferivano, dopo averla perlustrata tutta, si collocarono tra le gemme più piccole e meno pregiate.

XLII. Un cane goloso aveva divorato delle focacce ancora fumanti e per questo, reso rabbioso, azzannava l'acqua: «Se combatti con me, – disse l'acqua – ti stancherai».

XLIII. Il sale disse di non voler abitare vicino al ghiaccio, anche se erano nati dalla stessa madre; dichiarò infatti che non voleva avere niente a che fare con lui per non essere contagiato dalla sua inconsistenza e dalla sua fragilità.

XLIV. Una volpe aveva rivolto invano altissime suppliche al laccio che la teneva immobile e strettamente avvinta, perché la lasciasse libera. Alla fine, poiché quello le diceva che il suo desiderio non poteva realizzarsi finché lui era intero, lo ruppe con i denti. Disse il laccio: «Povero me! Spinto dalla mia bontà d'animo, mi sono fatto pregare tanto da diventare irrimediabilmente crudele e ingiusto nei miei confronti. La morte è il premio della mia arrendevolezza».

XLV. Una cornacchia, posando gli artigli sulla schiena di un maiale e osservando tutti gli alberi intorno, gracchiava: «Dove porterò questa preda?». Le rispose una quercia: «Portala da me, se ti va: la custodirò con il massimo riguardo». «Va bene, – disse la cornacchia – ma pensavo a come poter sollevare questo enorme peso con le mie forze». «Su questo, – disse il maiale – chiedi consiglio altrove»; e, scacciato l'uccello, rise maliziosamente.

XLVI. Uno sciocco aveva chiesto all'ambra da dove fosse entrato il verme che era dentro di lei. «Ma tu, – disse la gemma – da dove hai preso la stupidità che hai dentro di te?».

XLVII. Un ragazzo trascinava su un ponte un piccolo Mercurio d'argento, mentre otto schiavi insieme trasportavano un Priapo di legno; mentre passavano, il ponte si spezzò e Mercurio sprofondò nel fiume, Priapo invece galleggiava. «Non è strano, – disse un sacerdote – che quel dio che sulla terra aveva così tanto peso, nell'acqua ne abbia così poco?». Rispose il fiume: «Forse tu, uomo, credi di essere lo stesso quando navighi nell'oro e quando, per così dire, sei all'asciutto?».

XLVIII. Le ruote del carro di Nettuno si erano perdutamente innamorate dei bellissimi cavalli azzurri del dio e per questo, inseguendoli forsennatamente, gridavano: «Dove fuggite?». Risposero quelli: «Non fuggiamo: vi trasciniamo».

XLIX. Una ragazza aveva chiesto allo zolfo perché mai fosse tanto amico del fuoco, che pure esulta quando lo zolfo si consuma. Il fuoco disse: «Non rispondere, se non dopo che lei ti avrà detto per quale motivo tratta in maniera così disumana e spietata chi l'ama alla follia».

L. Delle stoppe, trascurate fino a quel momento e assai richieste quando la nave si riempì di falle, per ripicca non si facevano trovare e mormoravano tra loro che era una vergogna, nonostante il grande aiuto e il sostegno offerti alla nave, continuare ad essere considerate ignobili e dimenticate tranne che nei momenti di bisogno. Ma la più prudente di loro disse: «Se non portiamo il nostro aiuto, moriremo con tutta la nave».

LI. Una capra, entrata nella bottega di un barbiere, cercava di convincere un gallo a farsi tagliare la barba. Disse il gallo: «Sperimentalo nel tagliare la tua, che non è pericoloso».

LII. «Abbiamo piedi tanto grandi, – disse un'oca – per reggere una testa straordinariamente leggera». Allora i piedi risposero: «Forse non sai che è proprio quando si ha la testa leggera che bisogna sperare di avere i piedi saldi?».

LIII. Quando l'ottone chiese di essere stimato al pari dell'oro, il gioielliere disse: «Tu sei capace di sostenere la prova del fuoco, cui spesso è sottoposto l'oro?». L'ottone rispose: «Non mi interessa poi così tanto essere importante!».

LIV. Un ragazzo, non essendo riuscito a stringere tra le braccia i raggi del sole, tentava di racchiuderli nel palmo della mano. Gli disse l'ombra: «Smettila, sciocco: le cose divine non possono essere rinchiuse in una gabbia mortale».

LV. Due cespugli chiesero alle onde del ruscello dove andavano così di fretta. Quelle risposero che andavano dove sarebbero diventate estremamente grandi e sapienti. Uno di loro dunque (giacché, arsi dal desiderio di una prospettiva così allettante, i due cespugli si erano gettati in mezzo alle onde), ostacolato dalle secche del ruscello, non appena capì che doveva liberarsi da tutti i vincoli, non si mosse più di lì. L'altro invece, messe a nudo le radici, seguì le onde e dopo molti disagi, approdato infine su un terreno fertile, crebbe fino a diventare un bosco grande e conosciuto.

LVI. «Perfido, – disse un cacciatore – tu che poco fa mostravi per tutto il cielo tanta misericordia e pietà nei confronti della preda, e criticavi i cani, ora che è stata uccisa ne hai sbranato tanto rapidamente le viscere!». «Lo facevo, – disse lo sparviero – perché quella si fidasse di me e si decidesse a volare fra i miei artigli».

LVII. Una scimmia, maneggiando il carbone, disse: «Povero te! Quando eri tutto splendente le messi e i boschi ti temevano, a quel che sento dire, ma come sei nero e intirizzito adesso!». «Anzi, – disse il carbone – ora sono più fortunato: il flagello del fuoco mi avrebbe consumato del tutto, se non avessi perso ogni valore».

LVIII. Un filosofo, vedendo che il pane dentro il forno diventava sodo e vigoroso, mentre un uovo, che si trovava presso la bocca del forno, sudava e si stracciava le vesti, disse: «Quanto è diversa la vita operosa da quella trascorsa nell'ozio! Questo,

che non si è mai sottoposto alle fatiche, al più piccolo calore suda e schianta; quello, invece, tormentato fin dalla nascita e provato dai colpi della sorte, non si è mai rammollito nell'ozio: infine, nelle situazioni più disagevoli, diventa nobile e grande».

LIX. D'inverno a un fico spoglio, coperto di neve e tutto pallido per il freddo, l'ulivo suo vicino disse: «Non ti avevo forse avvertito che avresti subito questa sorte, quando in estate ti vantavi della tua veste tanto lussureggiante? Impara dunque da me a fare economia».

LX. «Volevo venire da voi, – disse una farfalla – ma ditemi: quale pericolo incombe su di voi, che vi vedo tremare?». Le foglie delle canne a cui era stata rivolta la domanda risposero: «Tu, dunque, pensa come possiamo sperare che le cose ci vadano bene, se quella che noi pratichiamo non solo ha la testa vuota, ma ondeggia a casaccio da ogni parte».

